Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2229

Quelle:
Copyright:

Codex:	Editio:
v. 2. *parvum deſiderium.*	*pium deſiderium non.*
ſpiritum dei	*ſpiritum Chriſti*
v. 3. *prodeſt — careas — diſpliceas.*	*prodeſſet — careres — diſpliceres.*
ſanctum.	*hominem ſanctum*
Opto.	*Opta.*
Exterius.	*memoriter.*
totum prodeſſet.	*hoc totum tibi prodeſſet.*
gratia.	*et dei gratia.*
Vanitas.	*Vanitas ergo.*
regna celeſtia.	*coeleſtia regna.*
v. 5. *ſaciabitur.*	*ſatiatur.*
transferre.	*te transferre.*
conſcientiam	*ſuam conſcientiam.*

Ut leviuſculas quasdam vocum transpoſitiones omittam. Itaque *Valartium* non immerito licentiae coarguit *Franc. Joſ. Desbillionius* nova Noſtri editione *Mannhem.* 1780. 8. cui et eruditas pro *Thoma Kemp.* Vindicias praemiſit, et longum ſubtexuit Indicem Lectionum, quibus ille ab Editionibus authenticis deflexit obliterandorum Autoris *Germaniſmorum* valde ſtudioſus. *Codicis* noſtri fronti adſcriptum: *Sum Georgij Tanneri Jurisconſ. ſenioris, et ipſius gratæ poſteritatis Tanneriane Caſp. et Georgij filiorum*, et calci: *Sum Georgij Tanneri Jurisconſ. ſenioris, in perpetuum Tannerianæ poſteritatis filiorum et nepotum uſum. unde ſuperioris ſeculi infelicitatem cognoſcat, et mecum Deo æterno Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti pro reſtituta luce ueræ doctrinæ ardentius gratias agat.* Proteſtantibus piis in pretio eſt *Thomas Kemp.* Quaenam igitur lux, cui ille offecerit? Fuit *Tannerus* in Acad. *Vien.* primarius Scriptor. Graec. Interpres et ann. 1565 et 79. Fac. Jurid. Decanus.

DLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 330. f. per duas columnas currente manu ſcriptus, rubricisque diſtinctus continet, ut habet titulus *Elenchi* in membrana praefixi: *Opuſcula ſacre Theologie profeſſoris fratris jacobi de paradiſo in ordine carthuſien. profeſſi.* De Autoribus Carthuſianis *Jacobi* nomine inſignitis apud ipſos Ordinis ſcriptores fluctuant omnia. Memorantur aliis *Jacobus de Polonia, de Cluſa, de Paradiſo, de Junterbuck, de Gruytroede;* alii praeter *Jac. Gruytrodium* Priorem *Leodienſem* non niſi *Jacobum* domus *S. Salvatoris prope Erfordiam* Vicarium agnoſcunt varian- 120